An. et vol. XXXVII — 25 Octobris 1945 — (Ser. II, v. XII) - Num. 10

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

SUMMARIUM. — Acta Pii Pp. XII: Epistulae, p. 249 - Allocutio, p. 256 - Nuntii radiophonici, p. 262. — Acta SS. Congregationum: *S. C. Consistorialis*: Provisio Ecclesiarum, p. 268 - *S. C. de Propaganda Fide*: Decretum, p. 269 - *S. C. Rituum*: Decretum de miraculis pro beatificatione Ven. S. D. Mariae Teresiae de Soubiran, p. 270 - *S. C. de Seminariis et Studiorum Universitatibus*: Responsum, p. 272.

Conto corrente con la Posta

TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS

M · DCCCC · XLV

Directio:
Palazzo Apostolico. — Città del Vaticano
Administratio:
Libreria Vaticana — Città del Vaticano

Pretium annuae subnotationis:
In Italia, Lib. 100 — extra Italiam, *L. it.* 200 —
Pretium unius fasciculi:
In Italia, Lib. 15 — extra Italiam, *L. it.* 25 —

«*Bis vero in mense* (Commentarium) *prodibit ac quotiescumque vel necessitas vel utilitas id postulare videbitur.*» (Ex *Commentarii Officialis* ratione, die 29 Octobris 1908 edita).

INDEX HUIUS FASCICULI

(An. XXXVII, n. 10 - 25 Octobris 1945)

ACTA PII PP. XII

EPISTULAE

PAG.

I. *Laetitiam cepimus.* - Ad Emum P. D. Michaëlem S. R. E. Card. Faulhaber, Archiepiscopum Monacensem et Frisingensem ceterosque Excmos PP. Bavariae Archiepiscopos et Episcopos: communibus officiosis litteris respondet. - *15 Augusti 1945* . . 249

II. *Provide hoc contingere censemus.* - Ad Excmos PP. DD. Archiepiscopos, Episcopos ceterosque in Cecoslovaca Republica locorum Ordinarios: sexto impleto saeculo ab ortu Sancti Ioannis Nepomuceni. - *28 Augusti 1945* 252

III. *Mater spei.* - Ad Emum P. D. Rodriguum S. R. E. Card. Villeneuve, Archiepiscopum Quebecensem, quem Legatum mittit ad Conventum Marialem ad Sanctuarium B. Mariae Virginis Guadalupensis Mexicopoli celebrandum. - *24 Septembris 1945* . 254

ALLOCUTIO

Ad Praelatos Auditores ceterosque Officiales et Administros Tribunalis S. Romanae Rotae necnon eiusdem Tribunalis Advocatos et Procuratores 256

NUNTII RADIOPHONICI

PAG.

I. Christifidelibus ob Conventum in honorem Iesu Christi Regis e tota Columbiana Republica in urbe Bogotensi coadunatis. - *30 Septembris 1945* 262

II. Christifidelibus ob Marialem Conventum ad Sanctuarium B. Mariae V. Guadalupensis Mexicopoli coadunatis. - *12 Octobris 1945* 264

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

Provisio Ecclesiarum 268

SACRA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

Sancti Leonis de Amazones (de Iquitos). - Decretum. Vicariatus Apostolicus S. Leonis de Amazones in posterum «de Iquitos» appellabitur. - *1 Augusti 1945* 269

SACRA CONGREGATIO RITUUM

Parisien. seu Carcassonen. - Decretum de miraculis pro beatificatione Ven Servae Dei Mariae Teresiae de Soubiran, fundatricis Societatis Mariae Auxiliatricis. - *21 Maii 1945* . . . 270

S. CONGREGATIO DE SEMINARIIS ET STUDIORUM UNIVERSITATIBUS

Dublum. De laurea congruenti ad docendum in facultate theologica. - *28 Augusti 1945* 272

An. et vol. XXXVII 25 Octobris 1945 (Ser. II, v. XII) – Num. 10

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XII

EPISTULAE

I

AD EMUM P. D. MICHAËLEM S. R. E. CARD. FAULHABER, ARCHIEPISCOPUM MONACENSEM ET FRISINGENSEM CETEROSQUE EXCMOS PP. BAVARIAE ARCHIEPISCOPOS ET EPISCOPOS: COMMUNIBUS OFFICIOSIS LITTERIS RESPONDET.

PIUS PP. XII

Dilecte Fili Noster et Venerabiles Fratres, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Laetitiam cepimus ex litteris, quas tu atque ceteri Bavariae sacrorum Praesules Eystadii in annuum coetum congregati, antiquo more, novo studio permoti, Nobis conscribere curastis. Gavisi enim valde sumus, quod exinde recognovimus vos vestrosque greges Apostolicae Sedi in exemplum deditos adstrictosque teneri inque animis vestris singularem in Nos voluntatem inesse. Perplacuit sane Nobis quod vestra contulistis consilia, semper alacres ad ea excogitanda ac decernenda, quae ovibus moderamini vestro commissis et catholicae rei incremento esse videantur utilia, cum, confecto bello, haud exiguae nodosae et intricatae istic vertantur quaestiones. At asperrima contra christianum nomen insectationis tempora istic transierunt: consedit turbo, furens amnis exaruit, confracta est insolenter procera cedrus, cuius ne locus quidem invenitur. Claris autem saucia vulneribus per Bavarorum fines vivida adhuc superest Ecclesia, cui quidem pugnata certamina non modo honori sunt, sed maiorem in crastinum vim vigoremque pollicentur. Bonam namque promittit segetem ager, qui fortium sanguine rubuit,

neque fas est languescere fidem, iacêre virtutem, ubi pro christiano dogmate fortissimi procubuerunt heroës. Hi ex vobis erant, insectatores autem, quamvis nequitia vel metu permulti, non ex vobis, sed in vobis et contra vos erant, immo contra Bavarorum gentem, quae ob illorum nefaria scelera multum perpessa est ac patietur. Nunc autem decet Nos honestam mentionem facere de pluribus decies centenis milibus catholicorum hominum utriusque sexus, cuiuslibet coetus, qui istic cum malefici generis viribus acriter deproeliati sunt, cum suis Episcopis, quorum usque ad extrema confecti belli tempora austera numquam siluerunt monita, solido nexu coniuncti, sacerdotibus suis adiutricem operam navantes, constantes et strenui, cum impiis et superbis suam actionem vitae sincera fide fragrantem, integris moribus nitentem, ad catholicae religionis praecepta penitus conformatam opponerent. Horum cum invictam tenacitatem contuemur et admiramur, temperare Nobis non possumus, quo minus vobis iterum asseramus haud consentaneum et congruens rei et veritati esse id universae nationi adscribere quod factiosi patraverint. Quodsi vero Nobiscum consideremus ruinas et strages furiali bello illatas tot Bavarorum urbibus, Nobis cognitis et percaris, quae religionis et historiae monumentis atque politissima arte confectis operibus insigniter elucebant, cogimur, suadente amore, cogimur, grata impellente memoria, superstitibus earum civibus paternae miserationis Nostrae sensus iterare earumque mortuos non sine precum suffragio complorare. Apprime vero moesto hoc complectimur officio eas episcopales urbes, ut Monachium, Augustam Vindelicorum, Herbipolim, Ratisbonam, tum alias quoque urbes, ut Norimbergam, Aschaffenburg, Ludwigshafen, quas ob proelia Nobis relatum est immania subiisse detrimenta. Ad malis igitur duplici bello congestis medendum, quorum haud immerito vos terret colluvies, cavete, ne fracto ac demisso animo sitis. Quid? Nonne quae gestu difficilia temporum facit iniquitas, facilia reddere valet Deus omnipotenti numine suo, si spei plena vigescat fides ac prompta ad gerendum ferveat, sapientiae comes, caritas? Quare certatim operam date, ut, diligentiâ vestrâ, istic divinarum rerum studium reviviscat, evangelica iustitia sempiternorum compos promissorum et ad terrestrem quoque vitam prospere temperandam perutilis apud omnes in honore sit, catholicae religionis notitia et amor quam maxime alatur, ad cuius gremium pia contentione et ii revocandi sunt, qui misere utcumque ab ea desciverunt. Nonne tum potissimum floruit Germanorum laus, adeo ut multas praecellerent gentes, cum apud vestrates Ecclesia, vestrae culturae humanitatisque parens, venerabilis erat eiusque sacra iura, fideli obsequio servata, cum civili cultu pulchre firmiter-

que iungebantur? Attritae res ad pristinum splendorem restitui sueverunt, cum, emendatis vitiis, retro actae ad sua rediere principia. Quam ob rem nihil desperandum est, si Germani Deo confisi et priscae virtutis cultores, cuius Nos experiendo plura percepimus documenta, ii quoque qui a recta fide deerraverunt conferto agmine ad Crucem, unde salus est, confugiant, Evangelio interminatae vitae altori, deserviant. Quod ad hanc rem attinet debitum laudis Nostrae praeconium tribuimus tibi, Dilecte Fili Noster, et ceteris sacris Bavariae pastoribus, qui, superna afflante gratia, summa cura in id connitimini, ut cum gregibus vestris regalem et salutiferam viam Crucis ingressi ad solidam pacem perveniatis, ad pacem scilicet veritatis et iustitiae fundamento innixam, quae, simultatibus et odiis restinctis, gentes, lege auspice Christi, fraterno foedere consociet. Interea vero, dum afflictiones et asperos casus sustinetis, eo magis benevolentiâ ac precum auxilio adsumus vobis, quo durioribus vos premi laboribus novimus. Qua re ut vestratibus pro viribus faveamus, apud foederatas Anglorum et Americanorum Civitates operam Nostram ponere non omittemus, quamvis in iis negotiis expediendis multae difficultates obsistere sueverint. Quandoquidem autem valde optamus civibus vestris auxilia solaciaque conferre, prout ardua rerum adiuncta sinunt et postulant, Nobis quam maxime cordi erit vestros iuvare captivos, nunc praesertim ut ab ipsorum familiis nuntios accipiant iisdemque reddant vicissim. Multum demum optantes, ut adsiduae curae vestrae communi exspectationi atque arduis rerum discriminibus ubertim respondeant, elatis ad caelum oculis, paria temporis asperitatibus lumina a Deo adprecamur, firmioresque in dies vires imploramus atque tibi, dilecte Fili Noster, necnon ceteris Bavariae sacrorum Praesulibus itemque universis christifidelibus, in quorum profectum pastoralis vestra advigilat cura, praesertim adolescentibus, in quibus magna spes sita, et pro Christi nomine utcumque contumelias olim perpessis, Apostolicam Benedictionem praecipua in vos caritate moti impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die XV mensis Augusti, anno MDCCCCXXXXV, Pontificatus Nostri septimo.

PIUS PP. XII.

II

AD EXCMOS PP. DD. ARCHIEPISCOPOS, EPISCOPOS CETEROSQUE IN CECOSLOVACA REPUBLICA LOCORUM ORDINARIOS : SEXTO IMPLETO SAECULO AB ORTU SANCTI IOANNIS NEPOMUCENI.

PIUS PP. XII

Venerabiles Fratres, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Provide hoc contingere censemus, quod vos, Venerabiles Fratres, et in Cecoslovaca Republica christifideles sexcentos fauste impletos annos post Sancti Ioannis Nepomuceni ortum recolitis, dum recentibus vobis a bello novi aevi lux albescit, quod redintegratae dona pacis et religionis incrementa secum afferre exoptamus. Quapropter nolumus huius faustitatis eventum praeterire, quin, paterna in vos inque vestrates caritate compulsi, vobis salutaribus precationibus et votis adsimus. Dirum bellum quod primum istinc exortum est, si multas orbis terrarum partes funestis ruinis et cladibus depopulatum est, vobis quoque multum malorum peperit, quorum recordatio et memoria nondum sopitum moerorem semper Nobis acerbat : istis in regionibus alibi aliena dominatio saeviit, hominum turmae, in quibus complures clerici et religiosi viri, in vincula coniectae vel in publicae custodiae locis relegatae, multi morti obnoxii; alibi exitialia proelia, domorum strages, bonorum iacturae, exilia; ubique gemitus, lacrimae, luctus. Catholica autem Ecclesia in nonnullis Cecoslovacae Reipublicae partibus, praeterquam occupantis nationis potestatem sibi infestam sentiret et ab ea haud paucas iniurias pateretur, in peculiaribus rerum asperitatibus versata est, propterea quod Archidioecesis Pragensis, Dioecesis Budovicensis et Dioecesis Brunensis desideratissimis suis viduatae sunt Pastoribus ac plures annos legitimorum successorum expertes manserunt, cum Nos, quamvis anxii, his eligendis supersedere statuissemus, ut summi momenti indemnia servaremus bona, id est Ecclesiae libertatem et vestrum spiritalis ordinis profectum. At temporis vices, quae multa istinc abstulerunt tristia, rerum mutationes produxerunt, quas Sancti Ioannis Nepomuceni revolvenda gesta eiusdemque fortia suadens imago nitenti lumine suffundunt et ad bonae spei auspicia deflectunt. Sancti namque, cum iis qui in terris degunt invicti amoris nexibus numquam non iuncti, iisdem in excolendis virtutibus adsiduo sunt magisterio et securam viam sternunt salutis, vel maxime illis quibuscum loco, stirpe, sermone praecipue nodati sunt. Praesentibus rerum in adiunctis patriae vestrae sidus et praestes dignis celebrandus obsequiis praebet austera monita, quae universis coetibus vestratum stimulo et hortamento sunt,

ut, renovatis viribus, sese ad celsa Evangelii praecepta, unde sempiterna vita, veri nominis humanitas et cultus, perpetuae vigor iuventae defluunt, conforment. Id autem magno emolumento erit: nam si eximia non desunt florum ornamenta, id est generosi lectique animi decore virtutum spectabiles, heu multi in vitiorum volutabra praecipites eunt atque, spreta Dei lege, humanae consortionis statum nequiorem et durioribus castigationibus obnoxium reddunt. Consurgat opportunus magister Sanctus Ioannes Nepomucenus, in cuius vita fortitudo et lenitas, firmitas et suavitas mire eluxerunt, ac doceat clericos, qua fide, qua sedulitate sacri ministri partes explendae sint, ac se spernere debere potius mortem quam officium negligere; doceat christifideles nihil esse pretiosius quam intemeratam conscientiam atque iusto pondere aestimanda esse bona, ut divina semper praeponantur humanis, caelestia terrestribus, aeterna caducis. Opus profecto nunc est hominibus, sive ii Ecclesiae servitio sunt mancipati, sive sunt laici, qui vi et praestantia sese devovendi studio emineant, suis spretis commodis et gloriolis, publicae salutis causae impigre se dedant, magna praediti constantia, quibus scilicet Sancti Ioannis Nepomuceni non modo sit venerabile nomen, sed imitabile exemplum. Eo auspice et tutore, in patria vestra perennis vigeat pax, non ea quae fucato vocabulo vafrarum insidiarum technas contegat, sed quae iustitia cum caritate foederata sit innixa. Nimirum in patriae vestrae finibus omnia quae infauste acciderunt consecuta sunt simultates et odia, quae ultionum aestum accendunt. Quae animorum concitatio ne ius fasque transiliat, consiliorum et praeceptorum vestrorum, Venerabiles Fratres, ne desit temperamentum. Nonne est vera victoria, iustitia vinci, caritate vinci? Ne cum sontibus puniantur insontes; ac si in noxios animadvertatur, id ne ultra modum et aequitatem fiat, ne in damnandis hominibus violentis poena violentia inficiatur, eaque damnabili, neve, invidiae iactis seminibus, ipsa compago populi nocumentum accipiat. Iustitiae comes istic publicos privatosque mores caritas moderetur, quae Christi asseclis est nobile insigne et indubia nota, eademque, hebetatis irarum et ultionum spiculis, ad moderationem, ad consensionem pectora flectat ac civibus mutuas necessitudines nectat, quae religione, probitate, concordia coagmentatae Civitati vestrae solida fundamenta suppeditent. Floreat istic simul veri nominis libertas, quae semper cum virtute et supremi Numinis reverentia consistit, ne ea, etiamsi teneat nomen, in effrenam licentiam vel tyrannidem procidat. «Cum belli turbo consederit — ita Nos in festo Sancti Wenceslai praeteriti anni vestratibus Romae degentibus, qui ad Nos adierant, ediximus — liceat vobis, nullo cogente, integris libertatis iuribus, vestram domesticam consortionem constabilire, filiis vestris edu-

candis consulere, socialis generis ordinationes vestraque instituta temperare, ad placita scilicet quae tum a Decessoribus Nostris tum a Nobis ipsis terrarum orbi sunt proposita et in spiritum doctrinamque Christi agunt radices ». Defixis oculis in caelestem Praestitem patriae vestrae, concordi nisu, Venerabiles Fratres, vires et operas sacrate, ut ea, Evangelio auspice et duce, antiquae gloriae novum addat nitorem : Dei et gentis vestrae causa agitur; decet igitur vos et, vobis auctoribus et impellentibus, omnes quotquot istic catholico nomine censentur, omni remota desidia, nulli parcere labori et in utilia incepta certatim inardescere. Nomine insignitum caelestis Patroni, cui obsequia praestare contenditis, est Romae Pontificium Collegium Nepomucenum, quod nunc silentio praeterire non possumus. Nobiscum admiramini lectorum sacerdotum segetem, qua illud terram vestram donavit : quam ob rem summopere optandum est, ut, faventibus vobis, idem quam primum nova eaque copiosa alumnorum agmina recipiat, quae Romae apud Apostolorum Principum cineres sacris litteris et catholice agendi studio imbuantur. Deum denique, sine quo nihil, quocum possumus omnia, sedulis votis exoramus, ut vobis et laboribus vestris opifer semper assistat et evangelicae lenitatis munere sedet aspera, iucunda sufficiat, Sancto Ioanne Nepomuceno deprecatore, cuius patrocinio quaecumque Nobis et vobis cordi sunt, commendamus. In caelestium autem donorum pignus vobis, Venerabiles Fratres, atque clericis et christifidelium multitudini in dilecta Nobis Republica Cecoslovaca Apostolicam Benedictionem amanter impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die XXVIII mensis Augusti anno MDCCCCXXXXV, Pontificatus Nostri septimo.

PIUS PP. XII

III

AD EMUM P. D. RODRIGUUM S. R. E. CARD. VILLENEUVE, ARCHIEPISCOPUM QUEBECENSEM, QUEM LEGATUM MITTIT AD CONVENTUM MARIALEM AD SANCTUARIUM B. MARIAE VIRGINIS GUADALUPENSIS MEXICOPOLI CELEBRANDUM.

PIUS PP. XII

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Mater spei et gratiae Deipara Virgo cum ubique terrarum sacraria, ubi perpeti benignitate filiis alumnisque suis cuiuslibet generis solamina largi-

tur, tum in Mexicana terra venerabile possidet Guadalupense templum, eo scilicet loco quo quattuor abhinc circiter saecula eadem Indo cuidam se conspiciendam dedit ac fontem vitae et salutis uberrimum aperuit. Illic autem, cum quinquagesimus feliciter plenus annus decurrat, ex quo B. Virginis Mariae effigies aureo serto redimita est, magna cum cura sacra apparantur sollemnia, quae religionis observantia, caerimoniarum splendore, multitudinis hominum frequentia praesertimque complurium ex utraque America Praesulum optata corona magnificentissima fore prospiciuntur. Nos, qui singulari studio in B. Virginem Mariam Guadalupensem ferimur, eo vel maxime quod in Vaticanis hortis sculptum eius e marmore signum positum saepe cernimus — idque intuiti semper novae caritatis votis praenobilem Mexicanam gentem complectimur — sanctae accessionem laetitiae statis festis addere volumus. Quibus quidem ut quodammodo intersimus, te, dilecte Fili Noster, Legatum Nostrum eligimus, renuntiamus, constituimus, ut Mexicopoli piis huiusmodi celebritatibus, ad religionem quod attinet, praesis. Nostras igitur acturus partes, Nostris verbis fac ut Mexicanae genti aeque ac digne gratuleris, quod in tantae Reginae tutelam sit recepta ac saepenumero, in secundis et adversis rebus, praesens experta sit auxilium; fac eandem enixe adhorteris, ut miras eius virtutes imitandas suspiciat atque ei secura spe semper confidat. Tanta enim pollet Maria apud Deum potestate, tanta fulget bonitate, ut miseriis nostris obvenire et possit et velit. Ut faciliores autem Deiparae gratiae impetrentur, oportet eius insistatur exemplis et Redemptoris oboediatur praeceptis: nam in id potissimum ipsius vigilat cura, ut iis qui a Christo honorabile nacti sunt nomen, duce caelesti matre, praecelsam Christi vitae formam publice privatimque in suos referant mores. Quapropter benignis oculis divina Parens Mexicanos respiciat, eademque quidquid est malum ab iis averruncet, quidquid est salutare iis impertiat. Det, apud eos sapientia legum vigeat, virtutis comes christiana libertas floreat, rei sacrae ac rei civilis bonorum ferax firmum foedus constabiliatur, sincerus Evangelio partae humanitatis cultus altior animis insideat et ad latiores triumphos proferat fines. Quae Nostra omina et vota ut Mexicopolim conventuris palam facias et explices multum optantes, id tibi quoque facultatis tribuimus, ut, quo volueris die, post sacrum pontificali ritu peractum, Nostro nomine adstantibus christifidelibus salutariter preceris, plenaria indulgentia, e sueto Ecclesiae more et praescripto lucranda, proposita. Reliquum Nobis nihil est, nisi ut tibi, dilecte Fili Noster, industrio ac sollerti sacro Mexicanae Ecclesiae Pastori ceterisque sacrorum Antistitibus, sacerdotibus, fidelibusque, qui B. Virginem Mariam Guadalupen-

rem exsultantium mentium colent obsequio, Apostolicam Benedictionem ultro ac libenter impertiamus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum die XXIV mensis Septembris anno MCMXLV, Pontificatus Nostri septimo.

PIUS PP. XII

ALLOCUTIO

Ad Praelatos Auditores ceterosque Officiales et Administros Tribunalis S. Romanae Rotae necnon eiusdem Tribunalis Advocatos et Procuratores. *

Dacchè piacque al Signore, giudice sovrano di tutte le giustizie umane, di costituirCi quaggiù suo Rappresentante e Vicario, oggi per la prima volta — dopo aver ascoltato l'ampia e dotta relazione annuale dell'attività di cotesto Sacro Tribunale, fattaCi dal vostro degnissimo Decano, — possiamo esprimervi, diletti figli, la Nostra gratitudine ed esporvi il Nostro pensiero, senza che il fragore delle armi copra la Nostra voce coi suoi rombi sinistri. Oseremmo Noi dire che è la pace? Non ancora pur troppo! Voglia il Signore che ne sia almeno l'aurora! Una volta cessata la violenza dei combattimenti, suona l'ora della giustizia, la cui opera consiste nel restaurare coi suoi giudizi l'ordine sconvolto o turbato. Formidabile dignità e potenza del giudice che, al di sopra di tutte le passioni e di tutti i preconcetti, deve riflettere la giustizia stessa di Dio, sia che si tratti di decidere le controversie o di reprimere i delitti!

Tale è invero l'oggetto di ogni giudizio, la missione di ogni potestà giudiziaria, ecclesiastica o civile. Un rapido sguardo superficiale alle leggi e alla prassi giudiziaria potrebbe far credere che l'ordinamento processuale ecclesiastico e il civile presentino differenze soltanto secondarie, press'a poco come quelle che si notano nell'amministrazione della giustizia in due Stati civili della stessa famiglia giuridica. Anche nello scopo immediato essi sembrano coincidere: attuazione o assicurazione del diritto stabilito dalla legge, ma nel caso particolare contestato o leso, per mezzo di sentenza giudiziaria, ossia mediante giudizio emanato dalla autorità competente in conformità della legge. I vari gradi delle istanze giudiziarie si trovano parimente in ambedue; il procedimento mostra presso entrambi i medesimi principali elementi: domanda d'introduzione

* Habita die 2 mensis Octobris, a. 1945.

della causa, citazione, esame dei testimoni, comunicazione dei documenti, interrogatorio delle parti, conclusione del processo, sentenza, diritto di appello.

Ciò nonostante, questa larga somiglianza esterna ed interna non deve far dimenticare le profonde differenze che esistono 1° nella origine e nella natura, 2° nell'oggetto, 3° nel fine. — Ci restringeremo oggi a parlare del primo di questi tre punti, rimandando agli anni futuri, se così piacerà al Signore, la trattazione degli altri due.

I

La potestà giudiziaria è una parte essenziale ed una necessaria funzione del potere delle due società perfette, la ecclesiastica e la civile. Perciò la questione della origine della potestà giudiziaria si identifica con quella della origine del potere.

Ma appunto perciò, oltre alle rassomiglianze già accennate, si è creduto di trovarne altre anche più profonde.

È cosa singolare il vedere come alcuni seguaci delle varie concezioni moderne intorno al potere civile abbiano invocato, a conferma e a sostegno delle loro opinioni, le presunte analogie con la potestà ecclesiastica. Ciò vale non meno per il cosidetto « totalitarismo » e « autoritarismo », che per il loro polo opposto, la moderna democrazia. Però in realtà quelle più profonde somiglianze non esistono in nessuno dei tre casi, come un breve esame dimostrerà facilmente.

È incontestabile che una delle esigenze vitali di ogni umana comunanza, quindi anche della Chiesa e dello Stato, consiste nell'assicurare durevolmente la unità nella diversità dei suoi membri.

Ora il « totalitarismo » non è mai che possa provvedere a quella esigenza, perchè esso dà al potere civile una estensione indebita, determina e fissa nel contenuto e nella forma tutti i campi di attività, e in tal modo comprime ogni legittima vita propria — personale, locale e professionale — in una unità o collettività meccanica, sotto l'impronta della nazione, della razza o della classe.

Noi abbiamo già nel Nostro Radiomessaggio del Natale 1942 additato particolarmente le tristi conseguenze per il potere giudiziario di quella concezione e di quella prassi, che sopprime la eguaglianza di tutti dinanzi alla legge e lascia le decisioni giudiziarie in balìa di un mutevole istinto collettivo.

Del resto, chi potrebbe mai pensare che simili erronee interpretazioni violatrici del diritto abbiano potuto determinare la origine o in-

fluire sull'azione dei tribunali ecclesiastici? Ciò non è stato nè potrà mai essere, perchè contrario alla natura stessa della potestà sociale della Chiesa, come vedremo in appresso.

Ma a quella esigenza fondamentale è ben lungi dal sodisfare anche l'altra concezione del potere civile, che può essere designata col nome di « autoritarismo », perchè esclude i cittadini da qualsiasi efficace partecipazione od influsso nella formazione della volontà sociale. Esso scinde per conseguenza la nazione in due categorie, quella dei dominatori e quella dei dominati, i cui reciproci rapporti vengono ad essere puramente meccanici, sotto l'impero della forza, ovvero hanno un fondamento meramente biologico.

Ora chi non vede come in tal guisa la vera natura del potere statale rimane profondamente sconvolta? Questo infatti, e per se stesso e mediante l'esercizio delle sue funzioni, deve tendere a ciò che lo Stato sia una vera comunità, intimamente unita nello scopo ultimo, che è il bene comune. Ma in quel sistema il concetto del bene comune diviene così labile e si palesa così chiaramente come un ingannevole manto dell'unilaterale interesse del dominatore, che uno sfrenato « dinamismo » legislativo esclude ogni sicurezza giuridica, e quindi sopprime un elemento fondamentale di ogni vero ordine giudiziario.

Giammai un così falso dinamismo non potrebbe sommergere e rimuovere i diritti essenziali riconosciuti alle singole persone fisiche e morali nella Chiesa. La natura del potere ecclesiastico non ha nulla di comune con quell'« autoritarismo «, al quale quindi non può riconoscersi alcun punto di riferimento con la costituzione gerarchica della Chiesa.

Resta da esaminare la forma democratica del potere civile, nella quale alcuni vorrebbero trovare una più stretta somiglianza col potere ecclesiastico. Senza dubbio, ove vige una vera democrazia teorica e pratica, essa adempie quella esigenza vitale di ogni sana comunità, a cui abbiamo accennato. Ma ciò si avvera, o può a parità di condizioni avverarsi anche nelle altre legittime forme di governo.

Certamente il medio evo cristiano, particolarmente informato dallo spirito della Chiesa, con la sua dovizia di fiorenti comunità democratiche mostrò come la fede cristiana sappia creare una vera e propria democrazia, ed anzi ne sia l'unica durevole base. Poichè una democrazia senza l'unione degli spiriti, almeno nelle massime fondamentali della vita, soprattutto relativamente ai diritti di Dio e alla dignità della persona umana, al rispetto verso la onesta attività e libertà personale, anche nelle cose politiche una tale democrazia sarebbe difettosa e malferma. Quando dunque il popolo si allontana dalla fede cristiana o non

la pone risolutamente come principio del vivere civile, allora anche la democrazia facilmente si altera e si deforma e col trascorrere del tempo è soggetta a cadere nel « totalitarismo » e nell'« autoritarismo » di un solo partito.

Se, d'altra parte, si tiene presente la tesi preferita della democrazia — tesi che insigni pensatori cristiani hanno in ogni tempo propugnata —, vale a dire che il soggetto originario del potere civile derivante da Dio è il popolo (non già la « massa »), si fa sempre più chiara la distinzione fra la Chiesa e lo Stato anche democratico.

II

Essenzialmente diversa dal potere civile è infatti la potestà ecclesiastica, e quindi anche il potere giudiziario nella Chiesa.

L'origine della Chiesa, all'opposto di quella dello Stato, non è di diritto naturale. La più ampia e accurata analisi della persona umana non offre alcun elemento per concludere che la Chiesa, al pari della società civile, avrebbe dovuto naturalmente nascere e svilupparsi. Essa deriva da un atto positivo di Dio, al di là e al di sopra della indole sociale dell'uomo, per quanto con questa in perfetta armonia; perciò la potestà ecclesiastica — e quindi anche il corrispondente potere giudiziario — è nata dalla volontà e dall'atto, con cui Cristo ha fondato la sua Chiesa. Ciò non toglie però che, una volta costituita la Chiesa, come società perfetta, per opera del Redentore, dall'intima sua natura scaturissero non pochi elementi di rassomiglianza con la struttura della società civile.

In un punto tuttavia quella differenza fondamentale apparisce particolarmente manifesta. La fondazione della Chiesa come società si è effettuata, contrariamente all'origine dello Stato, non dal basso all'alto, ma dall'alto al basso; vale a dire che Cristo, il quale nella sua Chiesa ha attuato sulla terra il Regno di Dio da lui annunziato e destinato per tutti gli uomini di tutti i tempi, non ha affidato alla comunità dei fedeli la missione di Maestro, di Sacerdote e di Pastore ricevuta dal Padre per la salute del genere umano, ma l'ha trasmessa e comunicata a un collegio di Apostoli o messi, da lui stesso eletti, affinchè con la loro predicazione, col loro ministero sacerdotale e con la potestà sociale del loro ufficio facessero entrare nella Chiesa la moltitudine dei fedeli, per santificarli, illuminarli e condurli alla piena maturità dei seguaci di Cristo.

Esaminate le parole con le quali Egli ha comunicato loro i suoi po-

teri: potere di offrire il sacrificio in memoria di lui,[1] potere di rimettere i peccati,[2] promessa e conferimento della potestà suprema delle chiavi a Pietro e ai suoi Successori personalmente,[3] comunicazione del potere di legare e di sciogliere a tutti gli Apostoli.[4] Meditate infine le parole con le quali Cristo, prima della sua ascensione, trasmette a questi medesimi Apostoli la missione universale, che egli ha avuta dal Padre.[5] Vi è forse in tutto ciò qualche cosa che possa dar luogo a dubbi o ad equivoci? Tutta la storia della Chiesa, dal suo inizio sino ai giorni nostri, non cessa di far eco a quelle parole e di rendere la stessa testimonianza con una chiarezza e una precisione che nessuna sottigliezza potrebbe turbare o velare. Ora tutte queste parole, tutte queste testimonianze proclamano all'unisono che nella potestà ecclesiastica l'essenza, il punto centrale secondo la espressa volontà di Cristo, dunque per diritto divino, è la missione data da lui ai ministri dell'opera della salute presso la comunità dei fedeli e presso tutto il genere umano.

Il canone 109 del Codice di diritto canonico ha messo questo mirabile edificio in una chiara luce e in un rilievo scultorio: «Qui in ecclesiasticam hierarchiam cooptantur, non ex populi vel potestatis saecularis consensu aut vocatione adleguntur; sed in gradibus potestatis ordinis constituuntur sacra ordinatione; in supremo pontificatu, ipsomet iure divino, adimpleta conditione legitimae electionis eiusdemque acceptationis; in reliquis gradibus iurisdictionis, canonica missione».

«Non ex populi vel potestatis saecularis consensu aut vocatione»: Il popolo fedele o la potestà secolare possono avere nel corso dei secoli partecipato spesso alla designazione di coloro, cui dovevano essere conferiti gli uffici ecclesiastici — ai quali, del resto, compreso il Pontificato supremo, possono essere eletti, tanto il discendente di nobile stirpe, quanto il figlio della più umile famiglia operaia. In realtà però i membri della Gerarchia ecclesiastica hanno ricevuto e ricevono sempre la loro autorità dall'alto e non debbono rispondere dell'esercizio del loro mandato che o immediatamente a Dio, a cui soltanto è soggetto il Romano Pontefice, ovvero, negli altri gradi, ai loro Superiori gerarchici, ma non hanno nessun conto da rendere nè al popolo nè al potere civile, salva naturalmente la facoltà di ogni fedele di presentare nelle dovute forme all'autorità ecclesiastica competente, od anche direttamente alla su-

[1] Luc. 22, 19.
[2] Io. 20, 21-23.
[3] Matth. 16, 19; Io. 21, 15-17.
[4] Matth. 18, 18.
[5] Matth. 28, 18-20; Io. 20, 21.

prema potestà della Chiesa, le sue domande e i suoi ricorsi, specialmente quando il supplicante o ricorrente è mosso da motivi che toccano la sua personale responsabilità per la salute spirituale propria o altrui.

Da quanto abbiamo esposto derivano principalmente due conclusioni:

1° – Nella Chiesa, altrimenti che nello Stato, il soggetto primordiale del potere, il giudice supremo, la più alta istanza d'appello, non è mai la comunità dei fedeli. Non esiste dunque, nè può esistere nella Chiesa, quale è stata fondata da Cristo, un tribunale popolare o una potestà giudiziaria promanante dal popolo.

2° – La questione dell'estensione e della grandezza della potestà ecclesiastica si presenta anch'essa in un modo del tutto differente da quella riguardante lo Stato. Per la Chiesa vale in primo luogo la espressa volontà di Cristo, che poteva darle, secondo la sua sapienza e bontà, mezzi e poteri maggiori o minori, salvo sempre quel minimo necessariamente richiesto dalla sua natura e dal suo fine. La potestà della Chiesa abbraccia tutto l'uomo, il suo interno e il suo esterno, in ordine al conseguimento del fine soprannaturale, in quanto che egli è interamente sottoposto alla legge di Cristo, della quale la Chiesa è stata dal suo divin Fondatore costituita custode ed esecutrice, così nel foro esterno, come nel foro interno o di coscienza. Potestà dunque piena e perfetta, quantunque aliena da quel « totalitarismo », che non ammette nè riconosce l'onesto riferimento ai chiari e imprescrittibili dettami della propria coscienza e violenta le leggi della vita individuale e sociale scritte nei cuori degli uomini.[6] La Chiesa infatti con la sua potestà mira non ad asservire la persona umana, ma ad assicurarne la libertà e la perfezione, redimendola dalle debolezze, dagli errori e dai traviamenti dello spirito e del cuore, i quali, prima o poi, terminano sempre nel disonore e nella schiavitù.

